

III. REGNUM MORTUORUM.

Nro. 76.

Elysiun-Meum.-Die Veneris 3. Oct. 1809. (Neov. 17. Oct. 1809.)

Iustas querimonias Daniae,

Reflexiones pro compensatione.

Res clamat ad Dominum.

Quam non beata fuit Dania! nulla regio tanta gloriari valet felicitate. Ex tempore pacis Fridericopolitanae anno 1720 cum Suecia iacta, inter omnes Europæos Status sola durante Seculo XVIII. bellum non gerebat.

Furente bello, quod Anglia adversus Colonias suas gessit, armata se addixit Neutralitati, Grassante revolutionali Gallico longe lateque, eandem Commercio Danico utilem agendi rationem sequi volebat, at post plures discussiones anno 1801 comparuere Angli, navigationem liberam neutralium Statuum perferre nolentes prævalidis pro Hafnia viribus — Dani summa fortitudine resistere, at denique præpotentia cedere, Conventionemque perniciosam inire coacti.

In bello Russo-Borussico boni Dani durius adhuc habiti. Ex suspitione nuda absque probis: Danos Classem in favorem Gallia adplicare posse, Angli rursus advenere, nihil morante Danorum innocentia & pertinaci defensione Classem Danicam adprehenderunt, & in Angliam abduxerunt.

Nullus Status insonte prorsus ratione tanta perpeffus, quam Dania; Angli postmodum quibusvis in orient. & occid. Indiis Colonis Danicis potiti. — Nondum satis habentes, Islandiam plane Insulam occuparunt, fortassis Grönlandiam futuro anno occupaturi. Jactura igitur Classis, Coloniarum, Ins. Islandiæ, omnesque aliæ direptiones & injuriæ debilioris Status, Anglorum occupationes faciendi pruritum nondum exsatiarunt! — Si unquam quæpiam regio compensationem pro impensis Galliarum gratia factis, meretur, profecto Dania est, quæ justissime eam prætere valet.

Reapse Galliæ Imperator Danico Statui perpeffam Jacturam per Anglorum invasiones multo adcommodatius fini, & largius compensare valet, quam aliquot provinciis Svecicis. Napoleon gaudet utique disponendi facultate de conspicuis nondum collatis Districtibus veteris Germaniæ, e qua pars, aut per se, aut permutatione, adcommoda compensatio pro Dania foret.

Ex provinciis ad Electoratum olim Hannoveranum pertinentibus, prout eæ Pace in villa Lunæ definitæ, constat: solum Districtum Sylvanalem, principatum Grubenhagen, cum Göttinga, Principatum Osnabrugensem, aliquotque Districtus ad Visurgim, Regno Vestphaliæ accessissæ. Contra Principatus Luneburg. Bremensen. Lavenburg. maximam partem Calenberg, Comitatus Hoja & Dipholz nondum definiti sunt, hi Districtus in

summa circiter 3 quartas Status olim Hannoverani efficient, cum Incolarum numero 6—7000,000, cum avulsæ provinciæ multo populosiores sint. — Residua hæc Hannoveræ pars plurima sui parte sterili solo, mediocri Cultura & tenui populatione gaudet. Orales solum ad Albim, Visurgim, & regiones ad Alleram, Leinam, Oste, Osteram &c. exceptionem merentur; contra regio hæc ob magna in Oceanum se effluentia flumina confiniaria, aliisque navigationi opportunos minores fluvios admodum favorabilem Commercio, & deponendis mercibus situm habet, præterea Hannovera sat præstante regimine gavisæ. Hodie ratio duci potest: publicos redditus ex supramemorata Hannoveræ parte vix duos miliones Imperialium superare.

Ante adhuc Gallo-Borussicum bellum Angliæ restitutio Hannoveræ oblata est; ex eo tempore adjuncta *essentialiter* mutata, ut id genus oblatio tam parum fieri, quam in ratione argumenti compensatorii adoptari possit. — Hannovera olim Angliæ omnino interfuit, medio ejus in Germaniæ Statum egit, Commmercium Anglicanum per Hamburgum, Bremam, Hannoveram totam Germaniam pervasit. Eam possidendo Anglia occasionem nacta in foedere Borussico aliorumque Germaniæ Statuum conspicuum in boreali Germania Statum erigendi, quo ex una parte nexus ejus commerciales cum Continente tuto loco collocati, ex altera Hollandiæ & inf. Rhenanæ plagæ imminere poterat. — Ve

rum hodie Germaniæ Status dissolutus est. Germanica natio ad ipsum usque nomen desiit. Germanicæ usque Albiæ ditiones suis dominis adscriptæ sunt. Ipsæ urbes Hansiaticæ & cum, iis commerciales Germaniæ præcipue Canales singuli, & omnes a Gallia pendent. — Quid Angliæ posthac interesset provinciam, quam conservare nequit in regione acquirere, quæ tota dominatui victoriosi potentisque æmuli paret? Anglicana natio dilaceratæ, & in paupertatem redactæ Hannoveræ renunciavit, ætateque gravis Georgius Rex præjudicatum suum, qua Majorum suorum patriam prosequitur, amorem saluti & rationi Status Britannici immolaturus est.

Galliæ itaque Imperator ditionum Hannover. adcommodatiorem usum facere nequiret, quam eas potissimum compensationi Daniæ applicando. —

Eas sufficere, in ipsis etiam, quibus hodie versantur adjunctis, dubio vacat.

Verum quidem est: Daniæ cum Sveciæ paullo post pacem inituram; at ex hac parte nulla compensationis pro impensis spes affulget. D. Cubicularius a Rosenkranz destinatur tractationibus cum Sveciæ ordiendis — ita scribitur 7. Dec. Hafnia.

Occasione denominationis Locumtenentis Norvegiæ Campi Mareschalli Principis Christiani Augusti pro hærede soli Svecici in hætatibus Ephemendis hæc leguntur advertisementes: „Dania situm habuit paullo post bimarum pretiosarum possessorem, duorum va-

idorum ad debellandos hostes suos medio-
 rum jacturam faciendi, & ea quidem ratione,
 quæ omnem resistantiam in uno casu perquam
 arduam, in altero penè impossibilem reddit.
 Gaudebat Classe; quæ, si fortassis ratione
 numeri quinta solum Classium Europæarum
 pars, excellentia nihilominus ob vexillorum
 suorum facta, præcipuis accensa; 50000 ra-
 paces hostes venere inopine, Classem urbi
 tenui præsidio, & Præfecto provixæ erepturi.
 Gaudebat probato præclaroque Gen. Duce,
 ad quem eripendum prodigio opus est. —
 Rex plus vicesies potentiorum hostem belle
 impetere, sequelæ ejus subditos ad alium so-
 lio præficiendum permovere debent, & hunc
 regem cum universa gente, Daniæ hostis du-
 cem successorem solii eligere debet. — Prin-
 cipis Christiani Augusti rara ac splendida
 gesta quasvis Ephemerides replent, at viden-
 tur ea non satis intellecta. Ceu princeps mo-
 dicit Daniæ Principatus ad dominatus sequi
 tertii millionis lacolarum eluctari fastigium
 multum est, at non plurimum. — dignitatem
 hac absque astu, absque violentia, tam pa-
 rum auro, quam gladio adipisci, excellens
 est, non tamen summum; at vero tanta æsti-
 matione pollere, ut dum gens, apud quam
 militare imperium tenet, eum ardentis-
 simo amore prosequitur, æstimatque, eialia
 gens, quam armis impetit, electione coronam
 offerat, & dum eam sub conditionibus acce-
 ptat, Imperans ejus dimidium regni sui ei
 eredere pergit, eum honore, præmiis exaltat,

hoc raræ magnitudinis est, eximie speciei triumphus, quem virtus de politica, de affectibus animorum, atque præjudiciis nationalibus retulit.

Adhuc multæ naves Anglicanæ in Balthico versantur, continuo hostili ratione Dnam prosequantur, an fortuna propitia? seqv. relationes Londino quæstionem hanc explicabunt:

Londino die 23. Octob. Novi ministri nondum constant. Interim, ait hujas publica pagina, patriam periclitari, gravissima eventa imminent, præparantur ea ad oras Danubii, eorum explicatio paullopost orbem in se convertet; an ea pellemus adjunctorum ratione, ut efficaciter resistere possimus? Hispania, Sicilia & Scaldis testantur nostras militares intentiones haud sufficientes fore, in Indiis revolutio nobis imminet, Exercitus tumultum parat adversus civilem potentiam, & periculum, vastarum eorum ditionum jacturam ferendi, nobis instat. Hybernæ adjuncta nihil minus quam tranquillitatem portendunt. Odium omne manet, quod ex Anglia proficiscitur, hæc vox tessera cujusvis Hyberni. Expendamus, quæ nos circumstant, adjuncta, nihil præter rationes sollicitudinis anxietatisque deprehendemus, vitæ alendæ subsidia immania pretia adepta, & in eadem ratione erogationes multiplicantur. Aurum ex integro Circulationi subductum, celerque Commercii nostri cum aliis gentibus defectus perniciosam in Chartas nostras actionem exerat oportet.

Eadem pagina alio loco Anglicanæ genti in-
clamat." Vestram independentiam non alia
ratione, quam immediata Parlamenti refor-
matione, atque australis Americæ liberatione
obtinere valetis, Legatus in Hispaniam ex-
peditus Marchio Wellesley cum Dom. Frere
isthic exspectatur. — Situm Copiarum Anglo-
hispanarum in Hispania Anglicanæ paginæ
seqv. ratione texunt: Wellesley in Badajoz,
Equia (Cuestæ successor) Crucillæ, Venegas
in urbe Tremblica, exercitus D. Romana
(hodie sub imperio Mendezabali) in urbe Ro-
derico, Beresford Castello Branco, Blake in
Catalonia. —

Parisiis 12. Octob. Quinæ hesterno Moni-
tori adnexæ supplementares phyllicæ, partem
actorum processualium continent adversus he-
ri donominatos navales Centuriones. Unus
eorum *Lafond* Præfæctus Calcuttæ, ut prævie
innotuit, mortis damnatus est.

Litteræ ex Fonte bellaqueo d 10. h.
memorant in ejate arce omnia ad aulam ex-
cipiendam præparata. Certum adfirmatur,
(ajunt eadem) Imperatricem hodie adhuc ar-
cem subituram, Imperatoremque, cujus ad-
ventus propediem speratur, exspectaturam.
Spes quoque est longiorem Majest. moram ist-
hic acturas.

Vindobona die 7. Oct. Sua Maj. Imperator
Napoleo II. hujus Fonte bello per Passavi-
am, Monachiam, Parisios profectura est, ar-
gumento luculento: pacem ad liquidum de-
ductam esse.

*Ex Biruchino de 12 Octob. Ut fertur: exercitus agmen Marchalli D. Albrantes stationem suam in Saxon. Francon. & hac ditio-
ne propediem mutaturum est.*

Cæsar Augusta 6. Sept. Memoratu dignum seqv. nuntium:

Gen. agminis Dux Musnier 25. p. m. pedestri cum agmine, quod prædianis copiis Jacæ suxerat, ad occupabilem vitam stationem S. Joannis de la Pegna progressus. Munimenta hostis eodem tempore diversis in locis adgressus est, quosvis ebices superavit virtus Gallica, pertinax hostis resistentia ei cessit in exitium. Coenobium vetus, demto Sacello, quo exuviae 22 Regum Aragoniæ conditæ habentur, flammis eversum. Supr. copiarum Præfectus monumentum isthoc restaurandum, & in perpetuum in eo S. Missam dicendam dote providendum curavit.

In hac Typographia Belnayana novissime
praelum deseruerunt.

**Principia Politicæ, & Rei æraricæ &c. latine
reddita a Volsig. Beke, Tomus III. 2 fl.
(totum opus 6 fl.)**

**Sohelle Historia Univ. latine Tomus II. 2 fl.
30 xr. (totum opus 5 fl.)**

**Georch (Elisæ) Jus patrium, Tomus III. 1 fl.
15 xr. (opus totum 5 fl.)**

Ex Biruthino de 12 Octob. Ut fertur: exercitus agmen Mareschalli D. Albrantes stationem tuam in Saxon. Franco. & hac ditio-
ne propediem mutaturum est.

Cæsar Augusta 6. Sept. Memoratu dignum seqv. nuntium:

Gen. agminis Dux *Musnier* 25. p. m. pedestri cum agmine, quod prædianis copiis Jacæ auxerat, ad occupabilem ritam stationem S. Joannis de la Pegna progressus. Munimenta hostis eodem tempore diversis in locis adgressus est, quosvis ebices superavit virtus Gallica, pertinax hostis resistentia ei cessit in exitium. Coenobium vetus, dempto Sacello, quo exuviae 22 Regum Aragoniæ conditæ habentur, flammis eversum. Supr. copiarum Præfatus monumentum isthoc restaurandum, & in perpetuum in eo S. Missam dicendam dote providendum curavit.

In hac Typographia Belnayana novissime
praelum deseruerunt.

**Principia Politicæ, & Rei æraricæ &c. latine
reddita a Volsg. Beke, Tomus III. 2 fl.
(totum opus 6 fl.)**

**Schelle Historia Univ. latine Tomus II. 2 fl.
30 xr. (totum opus 5 fl.)**

**Georch (Elisæ) Jus patrium, Tomus III. 1 fl.
15 xr. (opus totum 5 fl.)**